

XII

c Vm iam litteras tuas quod te scribendo non loquēdo Τῆς πύργου ὀρεῖου ἐκείνου ἐκέλευν ἰεράμ ex istimassem: minus expectarem: ex mihi tandem redditæ sunt & disertæ quidem & periucundæ pridie kal. Augu. Non enim non potui tuo ingenio delectari litterarūq; peritia. Quod autē me laudas plurimū affers nō dubium argumentum præcipui amoris erga me tui. Itaq; habeo tibi gratias: q̄ æque me ames: atq; amaris a me. Reliquum est: ut q̄sæpissime ad me scribas: quo te magis magisq; indies hmoi mutuo litterarū fmone & uti & frui quæā. De librario uero: qd̄ antea abs te petij: ut matures: te etiā atq; etiā rogo. Vale. καὶ τὸν ἡμέτερόν ἀμδῆαυ ἀσπασάι. Ex Mediolano pridie kal. M. cccc. Liiij.

Franciscus Philelfus Andreae alamanno sal.

b Bartholomæo collensi iurisperito humanissimoq; uiro nō possum ingentis gratias nō habere: qui ut aliquid tandem ad me scriberes: effecit. Nam litteris a me sæpius superiore tempore inuitatus ita siles: ut mihi quoq; qui natura sim fortasse λαλώτ ἐρόσ silendi libidinem inieceris. Ita uix scio utri magis tibi ne an ipsi Bartholomæo obstrictus sim: cuius causa factum uideo: ut qui nescio quo instituto obmutueras: os tandem breui hac epistola aperueris. Verum ignosco tibi: si laconice scribis: cum iam amplissimū gesseris magistratum in florentissima tua grauissimæq; repub. ἡ γὰρ βράχυλόγια τῶν ἀρχόν τῶν εἰμαί Δόξαι. Bartholomæus autem & si per sese mihi sua uirtute atq; doctrina futur⁹ erat carissimus: hūc tñ cariorē facit tua suauissima epistola. Sed qm̄ te oī ex parte & castigatū in dicendo scribēdoq; & perpolitū cupio: nolim posthac cū uel de patria: uel de familia mētione feceris: aut Bartholomæum de colle scribas: aut Andrea de Alamānis. Quādo em̄ legisti usq; uel Annibalem de Carthagine: uel Publium de cornelijs: Indocōrū hoīm aut arrogantū iste mos est qul uim istiusmodi præpositionis. de. ut latinitatis grammaticæq; ignari minus tenent: uel sibi licere uolunt: quod ab omni uetustatis usu est alienū. At tu & doctus es & modestus imprimis. Vale ex Mediolano pridie nonas augustas

B iiij